



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Uxor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

donet, vel tradat alicui ducenda scuta, cum pacto, ut durante vitat, suadet ei tantum singulis annis, & post mortem remaneant in pleno dominio accipientis, Navar. *consil.* 20. *de empt.* & *vend.* dicit quòd non.

Nonò, mutuans, seu emens censum super pecora, prædia, bacchas, & alia, quæ quis non habet, usura est. Navar. *in dist.* cap. si *foeveraveris*, notab. 22. numer. 79. vide *in ver. contract.* §. 4.

Qui contractus dicantur spete usuram, videto Guid. Pap. *tract. de usur.* & *quest.* 186. & an in dubio contractus censeatur usurarius, dic quòd non. Tiraq. *de retr. convent.* *in fine*, num. 126.

An quis possit censeri usurarius ex unico actu, & sic de aliis actibus? vide Vinc. de Fran. *dec.* 68. ubi negativè respondet, ita etiam Navar. *cap.* 27. numero 249.

Usurarius publicus quomodo possit condere testamentum? vide *cap. quam*, *de usur.* libro 6. & Covar. *lib.* 3. c. 3. *versic.* 7. *var. resolut.*

### U X O R,

PRimò, an & quando teneatur sequi virum? Vide Sylvest. *in ver. uxor*, §. ult. & an, & quando vir promittens in capitulis facere domicilium cum uxore in tali loco, teneatur stare promissis? vide eundem Caputaq. *dec.* 135. nisi aliud viro contigerit excusabile, ut puta infirmitas, intèperies aeris, inimicitia, vel quid huiusmodi. Hostiens. *in summa* *titul. de coniug. serv.* §. 4. *circa finem*, Caputaq. Tolos. *questio* 87.

Secundò, an uxor possit verberari à viro, & quomodo, & quando? vide Sylvest. *loco citato*, §. *tertio*, *versic. secundum*, Soto libro quinto, *art.* 2. *in fine*, *de iust. & iure*, & Navar. *cap.* 14. à num. 19.

Tertiò, quando uxor laborare teneatur, & operari viro, & non omne, quod lucratur, acquiratur viro? vide eund. Sylvest. §. 2. & Gerar. *sing.* 99. vide Afflict. *dec.* 44. nu. 30. ubi dicit, de iure uxorem debere operari viro, etiam in telis faciendis, ubi multa habes de viro & uxore.

Quartò, an uxor teneatur stare locationi, seu contractui facto à marito, casu soluti matrimonij, vide Covar. libro 2. *cap.* 15. num. 5. *var. resolut.*

Quintò, uxor potest compelli per Ecclesiam, ut redeat ad virum, & è contra, vide text. & ibi Abb. *in cap. de Francia*, *de sponsal.*

Sextò, uxores clericorum Græcorum coram quo iudice sint conveniendæ? Respondetur, quod coram iudice viri, id est, Ecclesiastico, Fel. *in cap.* 2. numer. 3. *de foro compet.* quia privilegium concessum marito extenditur ad uxorem, gloss. *in cap. admonere*, 33. *dist.*

Septimò, si uxor relinquatur domina, & patrona omnium bonorum à viro moriente, quid operentur illa verba, vide per belle, & breviter Capell. Tolos. 4. 462. & ibi addit.

### V A C A T I O.

PRimò, per solam electionem Episcopi vacant officia, quæ prius ille obtinebat, sed non beneficia ecclesiastica, nisi per consecrationem ipsius. Addit. ad de-  
eis